Externe

℞ °° *aneth chamomill.* āā *coct.* ℥ß. *deſtillat.*
*juniper. cumin. anis.* āā ʒß

*Obſervatio* Miſc. S. Euſerlich Oel den Leib zu ſalben.

Hæc per 6 ſeptimanas continuavit interpoſitis aliquot purgantibus, & feliciſſimè evaſit.

*Sitis Hydropicorum.*

Ad ſitim Hydropicorũ intolerabilem.

℞ *Gran. junip. contuſ.* Mij. *Ser. lact.* ℔vi.
F. Decoctum, cui ſi inſtilletur
*Tinctur. flor. Bellid. Spir.* ⊕*li* ♂*is aqua.* vel
*Tinctur.* ♂*is aperitiv.* q. ſ.
præſtantiſſimum erit. *Gryling. loc. cit. p. 486.*

## CAPUT XIX.

## JUNIPERINA MEDICAMENTA IN MORBIS LIENIS EXAMINAT.

### I. LIENIS OBSTRUCTIO.

*Lienis Obſtructio.*

SI quid unquam aptum verumque ſit, verum eſt illud: Principiis obſta, præſertim in viſcerum obſtructionibus, quippe quæ facilius contingunt quàm reſerantur. Hoc & in lienis obſtructione, quâ hodiè nil frequentius, obſervandum, quæ ſi ipſi maturè obviam eatur, multò facilius tolli poteſt, quam ſi altas prius egerit radices, optimè igitur hanc reſerant medicamenta Juniperina juſto tempore, hoc eſt, in principio adhibita; tuncque fortiora & precioſiora non deſideran-

derantur, & ſic maturatio & ſumtibus & ſanitati conducit.

In lienis obſtructione ſequens præſcribit *B.D.D. Schenckius ſect. 3. ſyntagm. de præſcrib. med. cap. 3. p. 158.* **Interna.**

℞ *Eſſent. gran. juniper.* ℥ß. *Extract.* ♂*tis purg.* ʒij.

M. S. Eſſentia aperitiva ſplenetica, Doſ. gtt. 40. Vel

℞ *Spir.* ⊕*li compoſ. Penot.* ℈ß. *Rob juniper.* ʒj.

*Syr. Byzantin.* ℥j *M. S.* Sáfftlein auf 1. mahl.

*Gryling. part. 2. de ſecund. evacuat. Univerſ. Gener. p. 85.*

*B. D.D. Friderici ſequentia* Studioſo lienis obſtructioni laboranti exhibuit teſtante hoc protocoll. medic. MSS.

1. *Loco Digeſtiv. Elixir proprietatis.* 2. *Pulverem purgantem* 3. *Tinct.* ♂*tis aper.* 4. *Elix. Juniperinum,* quo manè & veſperi, tincturâ vero pomeridie uſus eſt.

Sequentem miſturam innumeris profuiſſe novimus.

℞ *Spir. Juniper. Acor. cent. min.* āā ℥ß. *aperit. Penot. Elix. Antipochondr.* āā ℈ij.

*Tinct.* ♂*tis c. ſucc. borsdorff. parat.* ʒiij.

*Rob Junip.* ℥ß. M. S. öffnende Mixtur.

Linimentum ſpleneticum tale parat *Tilemannus in append. de mater. med. p. 95.* **Externa.**

℞ *ol.*

℞ *ol. d. Cappar. coct. deſtillat. juniper.* ãã ℥iij
*Violac.* ℥vi *pulv. croc.* ℈ß.
*Pulv. nummular. Scolopendr. Cuſcut.* ãã ℈j.
Ceræ q. ſ. F. Linimentum.

Vel

℞ *Ol. cappar. coct. deſtillat. philoſ.* ãã ℥ij.
*deſtillat. junip.* ℥ß *cochlear. chamom.* ãã ℈j.
Miſc. S. Euſerlich Miltz-Oel.

## II. HYPOCHONDRIACUM MALUM.

*Malum Hypochondriacum*

QUi affectionem hypochondriacam flagellum vocavit medicorum, haud abſurde locutus eſt, vix enim ullus morborum magis ſua variat ſymptomata indeq́ue remediorum varietatem efflagitat, quam malum hoc hypochondriacum, & cum eo ſcorbuticum, medicusq́; interdum verborum ſatis vix invenire poteſt, quibus ægros ſoletur & impatientes patientes ad patientiam adducat, inq́ue tantâ medicamentorum copiâ inopiam propemodum ſentit, quoniam ægri, qui ſemper aliquid, quo de querantur, habent, remedia variare rogant.

*Interna.*

Maxima hîc ſpes eſt in aperientibus, at virtute aperiendi maximè pollet *Juniperus*, quapropter illa parteſq́ue ejus in cura Hypochondriacorum tàm variè adhibentur.

Vinum Antipochondriacũ Hypochondriacis tale ſæpius ordinavim9. ℞ *Herb.*

℞ *Herb. lingv. cerv. cuscut. epith.* āā Mj.
*Rad. 5. aper.* āā ʒij. *Cichor. zedoar.* āā ℥ß.
*Cort. tamar. cappar. aurant.* āā ʒiiiß.
*Lign. guaj.* ℥j. *Saſſafr.* ℥ij *Bacc. junip.* ℥iv.
*Limatur.* ♂*tis* ℥xij *Sem. geniſt.* ʒiii.

Conciſ. contuſ. D. ad chart. S. Species zu einem halben Eimer KräuterWein.

Simile vinum ordinavit Platerus in Melancholia hypochondriaca, & dolio *ſcobem ligni juniperini* indere juſſit. Idem meminit ſequentis in prædicto caſu *Clyſteris p. 62. lib. 1. obſervat.* cujus uſu multos flatus cum fæcibus erupiſſe ægrumque maximè approbaſſe teſtatur.

℞ *Betæ rec. vel* ☿*ial. Fol. braſſic. rec. Fumar. Atripl. ſativ. abrotan. thym.* āā Mi.
*Rad. polypod.* ℥iß *Fol. Sen.* ℥ß. *epithym.* ʒii
*Fl. chamom. aneth. matric. ſamb.* āā p. i.
*Sem. carv. cym.* aa ʒii *Bacc. laur. Juniper.* āā ℥ß.

F. decoctio in aquâ & tertia parte vini, diſſolve:

*Mell. roſ. ſacch. rubr.* āā ℥i. *Hier. picr.* ʒii.
*ol. lil.* ℥ii ⊖*is parum. M. F. Clyſter.*

Cerevifiæ probè lupulatæ addere jubet Joh. Freytag in Bericht von der *Melancholia Hypochondriaca cap. 9. p. 136.* meliſſam, fumariam, ſalviam, epithymum Caryophyllatam, Baccas lauri & *Juniperi*.

*B. DD. Rolfincius* Diuretica & Diaphoretica tàm in affectione hypochondriaca,

câ, quàm ex illâ proveniente melancholiâ ſvadet, & ſic *lib. 8. Conſultat. 3.* Hypochondriaco commendat loco Diuretici *malvaticum Juniperinum ad* ℥ß *S.* Harntreibende *Miſtur,* & *lib. 2. Conſultat. 7.* in melancholiâ Hypochondriacâ loco Diaphoretici Pulverem ſequentem.

℞ *Fl.* ✻*ci corallinor.* ⊖ *abſinth. junip.* āā ℈ß.
M. S. Schweißpulver auff einmahl.

Pilulas aperitivas antihypochondriacas ſingulares tradit *B. DD. Schenckius ſect. VI. Syntagm. præſcrib. medicam. cap. 4. p. 268.* quæ ita parantur.

℞ *Croc.* ♂*tis aperitiv.* ʒi. *Extract.* juniper.
*cort. cappar. ſplen. bov.* āā ℈ß.
*Fecul. aren.* ℈i.
*Diagryd.* ℈ß. *c.* ▽*a cochlear.* q. ſ.

F. ex ʒj. pilulæ xxxj. D. in pyxide S. ut ſupra

*B. DD. Friderici* omnibus propemodum Hypochondriacis exhibuit *Elixir Juniperinum* teſtante hoc pluries *Prot. med. MSc.*

*Obſervatio.* In muliere melancholiâ hypochondriaca maximopere unaque inſultibus uterinis affectâ, poſteaque in duabus aliis eodem morbi genere correptis ordinavimus ſequentia optimo cum ſucceſſu.

I. Erat vinum medicatum ſupra deſcriptum. 2. Purgato corpore ſudorem movimus hisce.

℞ *Rob Juniper. Syr. card. bened.* āā ʒvi.
*Tinctur.* ♁ii ʒiß. *Flor.* ✻*ci.* ʒi.
*Spir. Juniper.* ℥ß. Miſc. S. Schweiß-Safft auff 3. mahl.

Poſtea

Poſtea V. S. in plethoricis inſtituimus, deinde 3. manè utantur ſequentibus

℞ *Elix. Antihypochondriac. Rolf.* ʒii.
*Eſſent.juniper.* ʒi. Miſc. S. Elixir.

4. Circa meridiem

℞ *Sal.juniper. cichor. chamomill.* ãã ʒi.
♀i ⊖*lat.* ʒii. *Pulv.cachect.* ℥i.

Miſc. S. Pulver 2 Stunden nach der Mahlzeit. *Doſ.* ℈ß. *ad* ℈ii. 5. Veſperi.

℞ *Extract.juniper.anth.croc.* ãã ℈ii. *Aloes viol.* ʒiß. *Extr. Helleb.nig.* ℈i.

Miſc.F. Pilul. S. Pillen gegen die Nacht auf 10. mahl.

Malo aliquatenus remittenti ulterius oppoſuimus 6.ſequens Electuarium.

℞ *Conſerv.fl.anth.borrag. rad.ſcorz.* ãã ʒi.
*Rob Juniper.* ℥i,
*Extr.cent.min.jun.* ãã ℈ii. *ſplen.bov.* ℈i
*Eſſent.caſtor.carminativ.nræ* ãã ʒi.
*Sal. is Angl. ſuccin.præp.* ãã ℈ii.
*Croc.* ♂*is aperit.* ʒß. *Spec. dianth.* ʒii.
☍*cort.aurant.zed.* ãã gtt. VI. *cinam. caryophyll.macis* ãã gtt. IV.

Miſc. omnia F. l.a Electuarium D. S. öffnender Stärck-Zucker.

Doſ. ʒß. pomeridie & antemeridie.

Hiſce adhibitis cum Deo reſtitutæ ſunt.

## III. SCORBUTUS.

SI quis *Scorbutum* cum *Proteo* compararet, illumque his verbis, quibus *Ovi-* *Scorbutus.*

*dius*

*dius lib. 8. metamorph. fab. 12* Proteum alloquitur, delinearet, à verô illum aberrare non putaremus:

*Nam modò te juvenem, modò te videre*
*Leonem*
*Nunc violentus aper, nunc quem tetigiſſe*
*timerent*
*anguis eras, modò te faciebant cornua*
*taurum,*
*Sæpe lapis poteras, arbor quoq; ſæpe videri,*
*Interdum faciem liquidarum imitatus*
*aquarum*
*flumen eras, interdum undis contrarius*
*ignis.*

Tot enim tamque varias formas mentiri poteſt *Scorbutus*, ut ſatis difficulter quandoque dignoſci poſſit, ſæpeque medicum ſub perſonâ alterius morbi, ſub cuius larvâ tectus militat, decipit.

Quàm argutus verò & aſtutus ſit *Scorbutus*, verſutiſſimi tamen huius Protei argutias eludit *Juniperus*, ideoque tàm per ſe antiſcorbutici medicamenti titulum gerit, juxta *Barbett. prax. lib. 4. cap. 3. Sebiz. part. 4. ſpec. med. Pract. ſect. V. cap. 12. & alios*, quàm aliis antiſcorbuticis miſcetur eorumque virtutes auget & extollit, ſive ob humorum præparationem eorumque vel per ſudores, vel per urinarum evacuationem & alterationem ad hibeatur.

Quando itaque humores ſcorbutici præ-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169976-p0282-1

ci præparandi tunc optimè convenit ſequens:

℞ ☿i ⊕lat. ⊖ juniper. geniſt. abſinth.
*Magiſt. corall. pulv. rad. aron. mundat.*
*Elæoſacch. citr. cochlear. aniſ. cinamom.*
āā ℈iij.

Miſce pro 3. doſ. S. Reſolvier Saltz.

Si dicti humores evacuandi, tunc purgantibus *baccæ juniperi* aliaque antiſcorbutica adduntur, ut hiſce mediantibus purgantium vis ad ipſos humores peccantes adducatur. Sic

℞ *Herb. abſinth. cochlear. naſturt.* āā Mß.
*Flor. cent. min. pii. fol. ſenn.* ℥j. *aſplen.* Mj
*Rad. cichor. polypod.* āā ℥ß. *rhabarb. helleb. nigr.* āā ʒij.
*Bacc. juniperi* ℥j. *ſem. geniſt. fœnic.* āā ʒiß.

Conciſ. contuſ. D. ad chart. S. Laxirende Species zu 2. Maas Wein.

Si per ſudores materia ſcorbutica minuenda:

℞ *Rob Juniper.* ℥ß. ▽ *cochlear. card. bened.* āā ℥j.
⊖ *CC. volat. ſuccin. volat.* āā ℈viij.

Miſc. D. S. Schweißträncklein.

Diureticum ſi deſideretur, tunc

℞ ⊖ *juniper.* ℈j. *ononid.* ℈ß Miſc. S. Urin treibendes Saltz.

*Rolfincius lib. 8. Conſult. 7.*

Humores ſcorbuticos alterantium

tot extant compoſitiones, quot capita. *Sennertus* aquam componit antiſcorbuticam *lib. 3. Med. Pract. part. V. ſect. 2. cap. 6.* ℥iij *bacc. juniperis* conſpicuam, ut & Miſturam ℥ij. *extracti juniperini* exaltatam, utriusque deſcriptionem, ut & aliarum ▽rum antiſcorbutic. juniperi baccas recipientium vide in *Cochlearia curioſa B. D. Möllenbrocii.*

*Wierus teſtante Sennerto loc. cit.* hoc remedio infinitas curaſſe ſcribit:

℞ *Abſinth. vulg. gran. junip. contuſ.* ãã Mj.
*Lact. caprin.* ℔iv.

Coqu. ad tert. vel quartæ partis conſumtionem, poſt colentur cum forti expreſſione, colaturæ add. croc. ʒß vel ʒj. & ſemel atque iterùm ebulliant & denuò colentur. Decocti hujus hauſtus ter de die propinetur calidus.

Spiritus, quem *Deckerus* laudat, deſcriptio cum *pag. 78. Cochlear. curioſ. D. Möllenbrocii extet*, nolumus hic eam repetere.

Vini medicati antiſcorbutici & cereviſiæ ejusmodi formulas plures tradit *Rolfincius Conſultat. 7. & 8. lib. 8.* videndas.

Nobiliſſimus *D. D. Schenkius* p. m. talem cereviſiæ vel vini antiſcorbutici præſcribit formulam *ſect. 3. Syntagm. præſcrib. medicament. cap. 3.*

℞ *Rad,*

℞ *Rad. cichor. ſcorzoner. oxylapath. penthaphyll.* āā Mß.
*Summit. fumar.* Mj. *ſem. ſinap. ammeos* āā ʒij.
*Fol. naſturt. cochlear. beccabung.* āā Mß. *agrimon. meliß.* āā pj.
*Cort. cappar. tamariſc.* āā ℥ß.
*Bacc. juniper. laur.* āā ʒij.
Conciſ. groſſo modo D. ad chartam S. Kräuter Species zum Bier.

Mixturis qui delectatur vel Electuariis adeat *Matth. Martin. qui pag. 674. & ſeqq.* varias tradit formulas, quas quoque collectas *cap. 17. Cochlear. Curioſ.* exhibet.

*Mixtura Timæi à* Güldenklee talis eſt:

℞ *Miſtura ſimpl. ſpir. cochlear. naſturt. bacc. juniper.* āā ℥ß.
Miſce. Doſ. ℈j. ad ℈ij.
*Lib. 3. Caſ. med. p. 164.*

Vel

℞ *Spir. aron. naſturt. cochlear.* āā ʒiv.
*✱ci* ʒj. *elix. antiſcorb. Rolf.* ʒij.
*Eſſent. juniperinæ* ʒiß. *miſtur. ſimpl.* ʒj. ʒij.
Miſc. omnia. S. Miſtura Antiſcorbutica Doſ. ℈j. ad ℈ij.

Electuarium Scorbuticum haud ingratum nec inefficax exhibet *Schrôderus lib. 2. Pharmacop. Med. Chym. cap. 51.*

℞ *Conſerv. cochlear.* ℥ijß. *chamædr. meliſſ. roſ. incarnat. acetoſ. citr.* ãã ℥vi.
*Conditi calam. aromat. zinzib. rad. pimpinel. cort. citr.* ãã ℥iij.
*Extract. abſinth. Juniper.*
*Sem. ſinap. eruc* ãã ℨij. *Cardamom. Cinamom.* ãã ℨj. ♀i ⊕lat. ℨiß.
*Ol. aniſ.* ℈j. *cinamom.* ℈ß.
Cum *ſyr. d. cinamom. & cochlear.* ãã. *q. ſ. F.* mixtura.

Doſ. magnitudine juglandis manè jejuno ſtomacho aſſumta.

Elæoſaccharum Antiſcorbuticum in uſu nobis tale eſt.

℞ *Sacchar. Canar. opt* ℥ij. *Fecul. aron.* ℥ß. ∞ *cochlear. juniper.* ãã ℨß. *cort. aurant.* ℈j. *cinamom.* ℈ß. Miſce Doſ. ℈ß.

*Dolor ventris Scorbuticus.*

In *dolore ventris Scorbutico*, qui omnes dolores colicos ſuperare dicitur, internè commendat *Deckerus citat. loco* ſpiritum ✱ci corticibus aurantiorum infuſum cumque Spiritu Aniſi vel *Juniperi* exhibitum, ut & clyſterem ſequentem.

℞ *Fol. cochlear. hyoſciam. Fl. chamomill. rom.*
*Fl. ſambuc.* ãã Mß. *Summitat. abſinth.* Mj.
*Rad. elen.* ℥iß. *Bacc. juniper. laur.* ãã ℨv.

Coqu.

Coqu. in ſ. q. ſeri lactis vaſis quàm optimè clauſis. Colatur. ℥viij. vel X. add.

*Ol. cochlear. elect. lenitiv. d. bacc. laur.* āā ℥v.

*Vitell. ov. num. 1. M. F. Cyſter.*

In *dolore crurum, manuum, pedum Scorbutico* ut & jam dicto dolore ventris externè proponit Cataplasma *idem Deckerus loc. cit.* nihilque in ventris dolore ſedando addit, quàm Sem. cumin. carv. āā ℨiij. ejus deſcriptio eſt talis: **Dolor crurum, manuum & pedum Scorbuticus.**

℞ *Flor. chamomill. Sambuc.*

*Fol. naſturt. aquat. vel beccab.* āā Mj.

*Bacc. Juniper.* Miß.

Conciſa craſsè & contuſa Coqu. in ſ. q. ſeri lactis vaſis optimè clauſis pro Cataplasmate calidè apponendo.

Simile quoque deſcribit Cataplaſma *Hofmannus* ad mitigandos dolores in Scorbuto *p. 39. Theſaur. Pharmaceut.* ℥j. baccar. juniperi exaltatum.

*Poterius* in ejusmodi doloribus ſequentem fotum ordinavit *Centur. 2. obſerv. 43.* *Baccasque Juniperi* in omni dolore commendat *Obſervatione ultimâ Centur. ſecundæ.*

℞ *Bacc. juniper. laur.* āā ℔ß.

*Fol. roſmarin. ſalv. menth. abſinth. majoran.* āā Mij.

*Flor. ſtœch. chamomill. hyperic.* āā pj.

Coqu. in ſ. q. vin. & ▽æ pro fotu.

*Maculæ Scorbuticæ.* Ad *Maculas ſcorbuticas* tollendas commendat *Sennertus* loco ſæpius citato fomenta & balnea ex reſolventibus, diſcutientibus & emollientibus, quibus omnibus *baccæ Juniperi* admiſcentur. Ungventa quoque addit ibidem ſequentia.

℞ *Butyr. majal.* ℥ijß. *bacc. Juniper. contuſ.* ʒvi.

Vin. ℥ij. Coqu. ad vini conſumtionem & colentur; vel coquatur in lacte naſturtium atque abſinthium & baccæ juniperi contuſæ, & cum lactis illius flore crura inungantur.

Vel

℞ *Butyr. majal. inſulſ.* ℥j. *com. abſinth.* Mj. *Vermicular.* pj. *bacc. junip. contuſ.* ℥ß. *Vini* ℥iij.

Coqu. ad vini conſumtionem & colentur ac pingvedo ungventi loco uſurpetur.

*Matth. Martin. in ſuo de Scorbuto tractatu p. 748.* Decoctum ad maculas Scorbuticas & *Salomon Albertus tractat. d. Scorbut.* fotum ad easdem præſcribit, quorum deſcriptiones *baccas Juniperi* in non exiguâ quantitate recipientes *vid. in Cochlear. Curioſ. p. 125.*

*Tumores Scorbutici.* *Tumoribus Scorbuticis* emolliendis & abigendis idem fomenta præſcribit *Sennertus loc. cit.* in quibus *baccæ Juniperi* non poſtponuntur.

Nos

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169976-p0288-7 DFG

Nos lapſo anno in Perſonâ Illuſtri obſervavimus tubercula rubra Scorbutica per totum corpus, excepta facie, diſperſa, puſtulis, quæ ab affrictu urticarum excitantur, ſimillima, cum præcedente pruritu intolerabili & ſubſequente acidiſſimo vomitu & moleſtiſſimâ cardialgiâ provenientia, quæ jam aderant, jam aberant, hæc in conſilium vocati ſequentibus feliciter V. dierum ſpatio ſuſtulimus, ut poſtea usque in hunc diem nunquam amplius apparuerint. *Obſervatio.*

Præmiſſo Diaphoretico exhibuimus Tincturæ corall. *Eſſent. juniper.* āā ℥j. S. Bluthreinigung.

Potui indendam dedimus Tinct. ♂tis aperitivam & poſtea Miſturam Antiſcorbuticam. S. Antiſcorbutiſche Miſtur.

Sangvis per Scarificationem eductus erat acidiſſimus, ſicut & de materiæ aciditate ſuccum citri æquante, quæ per vomitum excludebatur, Illuſtris hæc Perſona conquerebatur.

## Caput XX.

## DE RENUM CALCULO VIRIBUSQUE JUNIPERI NEPHRITICIS DISCURRIT.

IN admirando Orbis terrarum ſyſtemate lacus, fontes ac flumina dari, quibus